BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ressabo te. In momento indignationis
abscondi faciem meam paululum a te: et in
misericordia sempiterna miserebor tui.
Dixit redemptor tuus dominus.
Sicut in diebus noe istud mihi est.
cui juravi ne inundarem aquas diluvii
ultra super terram: sic juravi ut non
irascar tibi. et non increpem te. Mon
tes enim commovebuntur: et colles cor
ruent. Misericordia enim mea non recedet
a te: et fedus pacis meum non movebitur.
dixit misericors tuus dominus. Pa
uperula tempestate concussa absque
ulla consolatione. Ecce ego sternam
portilimem lapides tuos: et fundabo
te in saphiris. et ponam jaspidem
propugnacula tua. et portas tuas in
lapides sculptos. et omnes terminos
tuos in lapides desiderabiles. omnes fi
lios tuos doctos a domino. et multa
tudinem pacis filiis tuis. et in justi
tia fundaberis. Recede paululum a ca
lumpnia. quia non timebis: et a
pavore quia non appropinquabit tibi.
Ecce accola veniet cum non erit me
cum: accola quondam tuus adhe
rebit tibi. Ecce creavi faberum suffla
tem in igne prunas. et proferentem
vas in opus suum: et ego creavi
interfectorem ad disperdendum. Omne
vas quod factum est contra te non dirigi
tur: et omnem linguam resistentem
tibi in iudicio condemnabis. Hec
est hereditas seruorum domini: et justitia e
orum apud me dicit dominus.

Omnes Capitulum. lv.
sitientes venite ad aquas:
et qui non habetis argentum.
festinate. emite. et comedite. Venite
emite absque argento. et absque ulla
commutatione vinum et lac. Quare
appendistis argentum non in panibus.
et laborem vestrum non in satietate:
Audite audientes me. et comedite
bonum: et delectabitur in crassitudine
anima vestra. Inclinate aures vestras
et venite ad me: audite. et vivet
anima vestra. et feriam vobiscum pactum
sempiternum: misericordias David fidelis.
Ecce testem populis dedi eum: ducem
ac preceptorem gentibus. Ecce gentem
quam nescebas vocabis: et gentes
que non cognoverunt te adhuc current.
propter dominum deum tuum et sancti
israel quia glorificavit te. Querite dominum
dum inveniri potest: invocate eum
dum prope est. Derelinquat impi
us viam suam. et vir iniquus cogi
tationes suas: et revertatur ad do
minum. et miserebitur eius. et ad deum
nostrum quoniam multus est ad ignoscere
dum. Non enim cogitationes mee
cogitationes vestre: neque vie vestre
vie mee dicit dominus. quia sicut ex
altantur celi a terra: sic exaltate sunt
vie mee a viis vestris. et cogitationes
mee a cogitationibus vestris. Et quo
descendit imber. et nix de celo. et il
luc ultra non revertitur: sed inebriat
terram et infundit eam. et germinare
eam facit. et dat semen seminanti. et
panem comedenti: sic erit verbum
meum quod egredietur de ore meo. Non
revertetur ad me vacuum: sed faciet quod
volui. et prosperabitur in his ad
quem misi illud. quia in letitia egre
dieris. et in pace deducemini. Mon
tes et colles cantabunt coram vobis
laudem: et omnia ligna regionis
plaudent manu. Pro salvunca asce
det abies. et pro urtica crescet murta:
et erit dominus nominatus in signum
eternum. quod non auferetur.